Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ceas eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen
suum · qui aliquando non populus · nunc autem populus dei · qui non consecuti
misericordiam · nunc autem misericordiam consecuti · Secundum Johannem ·

In illo tempore · Una sabbati maria magdalena uenit mane cum
adhuc tenebre essent ad monumentum · et uidit lapidem sub-
latum a monumento · Cucurrit ergo et uenit ad simonem petrum
et ad alium discipulum quem amabat ihesus · et dixit eis · Tulerunt
dominum de monumento et nescimus ubi posuerint eum · Exiit ergo
petrus et ille alius discipulus · et uenerunt ad monumentum · Cur-
rebant autem duo simul · et ille alius discipulus procurrit citius
petro et uenit primus ad monumentum · et cum se inclinasset uidit
posita linteamina non tamen introiuit · Venit ergo simon petrus
sequens eum et introiuit in monumentum · et uidit linteamina po-
sita · et sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus
positum · sed separatim involutum in unum locum · Tunc ergo introiuit · et
ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum · et uidit · et credidit ·
Non dum enim sciebant scripturam · quia oportet eum a mortuis resurgere ·

Resurrexit · O nunc quod · Dominica · I · post Pascha · Lectio · e · b · Johannis ap ·
natus est ecce uincit mundum · Et hec est victoria que uincit
mundum · fides nostra · Quis est autem qui uincit mundum · nisi qui
credit quoniam ihesus est filius dei · Hic est qui uenit per aquam et sang-
uinem ihesus christus · non in aqua solum · sed in aqua et sanguine · Et
spiritus est qui testificatur · quoniam christus est veritas · quia tres sunt qui testimo-
nium dant in celo · pater verbum · et spiritus · et tres unum sunt · Et tres
sunt qui testimonium dant in celo · pater verbum · et spiritus · et tres unum sunt ·
Si testimonium hominum accipimus · testimonium dei maius est · quoniam hoc
est testimonium dei quod maius est · quia testificatus est de filio suo ·
Qui credit in filium dei · habet testimonium dei in se · Secundum Johannem ·
Una autem sabbatorum · et fores erant clause ·